

## Kleiner Anhang Von einigen dienlichen Nachrichten.

<sup>A,</sup>  
*Copia Bullæ super Indulgentias Hospitalis S. Georgii.*

**U**niversis S. Matris Ecclesie filiis, ad quos præsentes literæ pèrvenerunt. Nos miseratione divina Gervillus Bellonicavi, Gervillus Auribavens. Apostolus Nycopoli, Johannes Serbiens. Almanus Suavens. Jordanus Bobien. Bonifacius Solicitans. Melocius Galepolitans. Radulphus Serbiens. & Benedictus Cordicens. Episcopi Salutem in Domino Sempiternam. Quoniam, ut ait Apostolus, *Omnès stabimus ante Tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum.* oportet nos igitur die Missionis extremæ misericorditer operibus prevenire. Sic studeat unus quisque id seminare in terris, quod cum multiplicato fructu reddente Domino colligi dinoscatur in celis, quoniam qui parce seminat parce & metet. Et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet vitam eternam. Cupientes igitur ut *Ecclesia Sancti Georgii Hospitalis Berlyn Brandenburgensis Diocesis congruis honoribus frequentetur & a Christi fidelibus jugiter veneretur.* Omnibus vere penitentibus & confessis qui ad dictam Ecclesiam & Hospitales in omnibus & Singulis Festis Sanctorum, quorum nomine altaria habentur in eadem & in dedicatione illius Ecclesiae ac in aliis festis infra scriptis videlicet natalis Domini, Circumcisionis, Epiphanie, Parasceves, Pasche, Pentecoste, Trinitatis, corporis Christi, Inventionis & Exaltationis Sancte Crucis. In omnibus & Singulis Festis B. Marie Virginis, S. Michaelis Archangeli, Nativitatis & decollationis B. Johannis Baptiste, beatorum Petri & Pauli Apostolorum & omnium aliorum Sanctorum Apostolorum & Evangelistarum. Sanctorum quoque Stephani Laurentii Vincentii Martyrum. Sanctorum Martini, Nicolai, Augustini, Bernhardi, Benedicti & Hieronymi Confessorum. Sanctorum Marie Magdalene Kathar-

hh

tha-